

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

Caput VI

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

CAPUT VI.  
DE CHALCANTO SEU  
VITRIOLO.

**O**ptimum Romavum & Vngaricum; bonitas probatur cultro ubi afficeris. Si enim cupreο eum inficit colore laudatissimum habetur. *Quercet. de Capit. affect. cap. 30.* Constat, in occultis suis cuprum continere. Antiqui 31. pondere intra corpus accipiebant, vermes sic necabant, & venena fungotum. *Sennert. l. 5. Epit. Scient. Natur. cap. 2.* Albi portiuncula in aqua soluta, in pruritu rubore que oculorum, feliciter illis inditur. *Plater. de dol. p. 313.* Spiritum illius causticum dicit *Riolanus* ut vitrum, in quo insit, exedat. Cum oleo Tartari antipathiam exercet. Vterque illorum acutissimus & acidissimus. Si misceas utriusque actimonia perit, & liquor sit insipidus. *Boeth. lib. 2. de lapid.* Cum Nitro junctum, aquam argento dissolvendo dicatam repräsentat. *Minder de Vitriol. cap. 9.* Admitione non caret, quod de eo & succino refert ē Paracelso *Conradus in medulla destillatoria.* Repone, *inquit*, succinum flāvum in tabulam ē Bismutho factam, & trium spithamarum vitriolum colloca. Mirum visu ac dictu! Vitriolum & colore & acrimonia simul spoliabitur; quæ in succini præparatione vi-cissim deprehendentur.

CAPUT VII.  
DE NAPHTHA, PE-  
TROLEO ET MALTHA.

**N**aphtha bituminis Babylonii *περιηγη* seu colamentum est. Tantæ cum igne cognationis, ut etiam ex intervallo flamma transfiliat, & calore Solis facillimè incendatur. Narrat certè Plutarchus ab ignis in Eba-